



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 45. Sermo contra Auxentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

cunt Episcopi; parum referre, num quis ^{Sæculum IV.}
 Jesu Christi Altare vecorditer deserat, A. C. 386.
 vel prodat. Faxit Deus! ut sciam, Ec- n. 19.
 clesiam Arianis non fore tradendam, quam
 lubens me ipsum offerrem, ut, quodcunque
 tibi videretur, de me statuas!

Scripta hac exhortatione, S. Ambro- ^{Paulin.}
 sius in Ecclesiam secessit, ubi aliquamdiu n. 13.
 populus S. Episcopum diu, noctuque cu-
 stodiebat, ne sibi vi eriperetur; nec er-
 rabat ipsorum conjectura, quippe Impe-
 rator militum cohortes misit, qui extra
 Ecclesiam omnes aditus occuparunt, si-
 nebantque, quotquot vellent, intrare, ne-
 minem vero egredi. Itaque S. Ambro-
 sius inclusum secum populum solabatur
 suis sermonibus, quorum unus nobis su-
 perest eximius, quem Dominica Palma-
 rum pronuntiatum fuisse, prælectum
 Evangelium indicare videtur. Nam se-
 cunda ista persecutio eodem tempore,
 quo anno superiore, id est, quadragesima
 ad finem vergente, excitata est. Sermo-
 nis vero hoc est exordium.

§. XLV.

Sermo contra Auxentium.

Solito tristiores vos video, & majori, ^{Sermo de}
 quam unquam sollicitudine meæ securi- ^{Basil. post}
 tati invigilare; miror! nisi ideo facitis, ^{ep. 21. n. 8.}
 quia vidistis, quod a Tribunis, Imperato- ^{n. 19.}
 ris nomine, jussus sim abire, quo vellem,
 licentia

Sæculum IV
A. C. 386. *licentia facta me sequendi, quibuscunque
 placeret. Timuistis ergo ne vos deseram,
 ut vitam salvem. At, quid responderim
 adverteritis; fieri non posse, ut Ecclesiam
 derelinquam, quia Mundi Dominum magis
 timeo, quam hujus Sæculi Imperatorem.
 Si autem vi ab Ecclesia avellerer, corpore
 quidem, sed non spiritu separarer; & ipse
 quidem ut Princeps ageret, ego vero pate-
 rer, ut Episcopus. Quare igitur animo
 turbati estis? nunquam sponte vos dere-
 linquam, sed vim vi opponere nescio, quæ
 si forte adhibeatur, affligar; flere, gemere
 potero, non enim habeo, quod militum, &
 Gothorum armis opponam, nisi lacrymas.
 Econtra Ecclesia excedere, & fugere non
 possum, ne quis dicat, me metu majoris pæ-
 næ terga dedisse.*

n. 5. *Inferius dicit: petierunt, ut vasa Ec-
 clesie traderem; respondi: si prædia, au-
 rum, & argentum, quod possideo petierint,
 libentissime me daturum. Sed templo Dei
 detrabere nihil possum, & quod meæ custo-
 diæ commissum est, alienare. Si persecu-
 tores corpus vulnerent, si vitam mihi adi-
 mant, vos spectatores tantum mei certa-
 minis sitis! si Deus mihi coronam Marty-
 rii destinavit, quidquid egeritis, frustra
 erit. Si quis me amat, dilectionem aptius*

n. 8.
 n. 10. *probare nequit, quam si me Jesu Cbri-
 sti Victimam cadere permittat. Dein-
 Oratio. de: vehementer miramini, quod portam
 unam*

unam inveneritis apertam, qua homo cæcus evasisse dicitur, ut domum rediret. Sæculum IV.
A. C. 386.
Agnoscat jam, nisi Dominus custodiat, frustra homines vigilare. Rursus e memoria vestra necdum excidit, ante duos dies in sinistro latere Basilicæ liberum aditum fuisse repertum, quem obstructissimum credebatis, atque non una nocte apertum mansisse, elusa militum vigilantia. Ne ergo solliciti sitis; quod JESUS CHRISTUS volet, & nobis expedit, fiet. Hic exemplum S. Petri memorat, cui JESUS CHRISTUS apparuit sub porta urbis Romæ, dicens, se vadere iterum crucifigi. Estque hujus historiæ testimonium, quod habemus antiquissimum. (*) S. Ambrosius profese-

n. 13. sup.
l. II. n. 25.

(*) Nachdem der Uebersetzer die Worte des Fleury: *a qui JESUS CHRISTUS apparuit a la porte de Rome, disant &c.* verfälschet, und ein, soll erschienen seyn, hinein gesticket, folget hier eine Anmerkung, in welcher das Vorurtheil, so ihn verblindet, gleichsam selbst redet. Er saget; Es hånget dieses Histsörchen mit einem andern zusammen, das eben so schlechten Grund hat; nämlich daß Petrus nach Rom gereiset Verständige Leser der Geschichte wissen gar wohl, daß dieses alles um des Satzes willen erdichtet worden, daß Petrus zu Rom Bischof gewesen, und allda den Martyrertod erlitten. Ob nun wohl nicht geläugnet werden kann,
Hist. Eccles. Tom. IV, D d d daß

Sæculum IV. profequitur: *gravissima pro Nomine JE-
A. C. 386. su sperabam pati, gladium aut ignem; jam
n. 15. pro tormentis delicias offerunt. Ne quis
ergo*

daß verschiedene Kirchen-Lehrer aus dem dritten und vierten Sæculo geschrieben, daß Petrus zu Rom gewesen, so haben sie doch alle nur eine bloße Meynung ohne Erweis angenommen &c. Ist das nicht eine Schwachheit? so pflegen nur die allerdummesten unter den Protestanten zu denken. Herr Uebersetzer! Eine Meynung, für welche in den ersten Jahrhunderten ein Tertullianus, ein H. Ambrosius, ein H. Leo &c. zeugen, eine Meynung, welche alle Rechtglaubige insgesamt angenommen, eine Meynung, welche im dritten Jahrhundert nicht erst entstanden ist, sondern schon alt war, und deren man keinen andern Urheber weiß anzugeben, als die ersten Christen, ist eine erwiesene Tradition, welcher kein vernünftiger Mensch widersprechen kann. Es hat solche auch durch 15 Jahrhundert niemand in Zweifel gezogen, bis Martin Luther aus Ehrgeiz, und Nachbegierde nicht nur wider die Mißbräuche angefangen zu predigen, sondern auch einige wesentliche Stücke der wahren Kirche angetastet. Es ist nicht begreiflich, daß ein Tertullianus, und so vielerley Ketzer, welche alle von dem Römischen Stuhle verdammet worden, nicht ein einzigesmal den Römischen Bischöffen solten den Vorwurf gemacht haben, daß Petrus niemals zu Rom gewesen, und Sie folglich aus diesem Grunde keinen sonderlichen Gewalt hätten. Endlich gewinnen die Protestanten nichts zum Vortheil ihrer Kirche, wenn sie

ergo vos terreat, dicens, præparatum esse Sæculum IV.
 currum, aut Auxentium ultima fuisse A. C. 386.
 minatum.

Quod S. Ambrosius hic dicit de cur- Paul. n. 12.
 ru, a Paulino in vita ejus enarratur. Qui-
 dam

D d d 2

dam

sie sagen: Es ist nicht gewiß, daß Petrus sey
 Bischof zu Rom gewesen, oder jemal hingee-
 kommen, denn unser Lutherischer Uebersetzer muß
 wissen, daß der Gewalt, welchen die Heil. Apostel
 von Jesu Christo empfangen, nicht auf eine einzige
 Stadt, oder ein einziges Bisthum eingeschränket
 war, sondern sich über die ganze Welt erstreckte;
 daher, ob schon der Heil. Petrus zu Rom gemartert
 worden, und gestorben, oder in einem andern Dre-
 te, so müssen doch die Worte Jesu Christi, der ewi-
 gen Wahrheit, in der Heil. Schrift, die er zu Petro
 allein dreyimal hintereinander gesprochen: Pasce
 oves meas, und dergleichen mehr, einen wahren
 Verstand, und Wirkung haben, (wenn man nicht
 mit einem Luther die Worte der H. Schrift schänd-
 lich mißhandeln will) und folglich die Nachfolger
 Petri einen sonderlichen Gewalt in der ganzen Kir-
 che erhalten haben. Nun aber, weil nach dem Ge-
 ständniß unsers Protestanten Zeugen da sind, und
 die ganze Christenheit allezeit geglaubet, Petrus sey
 zu Rom gewesen, und gemartert worden, so folget
 auch, daß ein Bischof zu Rom das sichtbare Ober-
 haupt aller Rechtgläubigen Christen sey, und man
 dem blinden Uebersetzer nichts anders für seinen
 Antheil zur Antwort geben könne, als was ich ihm
 in meinen Gegen-Anmerkungen schon vorhin ent-
 gegen gesetzt: Unus potest plus negare, quam
 centum Sapientes probare.

Seculum IV. dam nomine Euthymius domum prope
A. C. 386. Ecclesiam conduxerat, ibique præpara-
 tum currum habebat, quo expeditus S.
 Ambrosius in exilium aveheretur. Cir-
 cumacto uno anno ipse Euthymius illa
 ipsa die, qua Ambrosium abducere spe-
 raverat, ex eadem domo extractus, &
 eidem currui impositus, in exilium mi-
 grare compulsus est. Eidem S. Ambro-
 sio pecunias, aliaque itineri necessaria
 magna charitate impertitus est. Id quo-
 que Paulinus narrat; quemdam Aruspi-
 cem, nomine Innocentium, conscenso
 Ecclesiæ tecto, media nocte ibi sacrifi-
 casse, ut odium populi contra Ambrosium
 excitaret; at contra accidisse, nam quo
 magis ipse maleficia geminasset, eo ma-
 gis populi amorem tam in fidem Catho-
 licam, quam in S. Episcopum crevisse;
 Aruspices Dæmones etiam immisisse, qui
 eum interficerent, sed eos, re infecta, re-
 didisse, & præstigiatori retulisse, sibi non
 licuisse ipsi viro, & ne quidem ejus ha-
 bitationi appropinquare, quod totam do-
 mum flammæ invincibiles circumdarent,
 quibus ipsi etiam ab illo loco distantes
 urerentur; itaque Aruspices nihil profi-
 cientibus maleficiis abstinuisse. Is ipse
 Aruspex post obitum Justinæ Imperatri-
 cis hæc omnia narravit, cum enim alio-
 rum criminum reus quæstioni applicare-
 tur, clamabat, graviora esse tormenta,
 quibus

quibus se Angelus, Ambrosii Custos, afficeret, & ea omnia, quæ modo a nobis Sæculum IV.
A. C. 386.relata sunt, edixit. Alius, gladio armatus, usque ad S. Ambrosii cubiculum penetravit, virum percussurus, sed manus, gladium evaginatum tenens, elevata in aere, vi occulta suspensa, hæsit. Tunc fassus, a Justina se missum, confestim illæsum brachium recepit.

Hæc narratio S. Ambrosii sermone confirmatur, dum in hunc modum ad Serm. de Basil. n. 16.populum suum Sermonem prosequitur:

Plerique dicebant, conductos esse Sicarios, meque morti destinatum; non timeo feminam, & ex hoc loco non discedam. Quocumque ivero, nil nisi lacrymæ, & gemitus oppressorum fugienti occurrent! cum ex omnibus Ecclesiis Episcopi Catholici ejici, resistentes capite plecti, & Magistratus civitatum, nisi mandatum exequantur, proscribi jubeantur! & hæc mane sua scribit, & ore suo dictat Episcopus! Deinde n. 23. 24.

crudelitatem Auxentii, quem hujus legis, Concilio Ariminensi faventis, & mortis pœna sancitæ, Auctorem esse nullus dubitabat, vehementius perstringit. Exemplum Naboth, cujus prælecta fuerat hi- 3. Reg. 21.
n. 18.

*istoria, adducit, & ait: respondi bis, qui ab Imperatore missi, me urgebant; avertat Deus! ut hæreditatem Jesu Christi tradam, hæreditatem Patrum meorum, hæ- Sup. l. XIII.
n. 18.*

reditatem Dionysii, qui in exilio pro fide

Ddd 3

mor-

Sæculum IV. mortuus est; hæreditatem Confessoris Eustorgii, hæreditatem Myroclis, & omnium

Fidelium Episcoporum, Prædecessorum
Mus. Ital. meorum! Eustorgius decimus Episcopus
to. 1. p. 110. Mediolanensis, & Myrocles septimus fu-
De Basil. n. isse fertur. Id vero præprimis S. Ambro-
26. 27. 28. sius detestatur, quod Auxentius ad judi-
 candum fidei causam tribunal indignum

Sermo
 S. Ambrosii.

n. 19.

*anno præterito, cum in Palatium fuisset vocatus, præsen-
 tibus Procerum primis, & Senatu, & Im-
 perator unam Basilicam nobis eripere vel-
 let, num ad aulæ splendorem trepidavi?
 num quidquam constantia Sacerdotali in-
 dignum excidit? an forte Imperatoris me-
 moriam jam fugit, cum ad populi notitiam
 pervenisset, me ad Palatium ivisse, multi-
 tudinem accurrisset tanto impetu, ut eum
 sustinere non possent; cumque Comes mili-
 taris cum armatorum manu exivisset, po-
 puli cuneos repulsurus, corpora ad mortem
 tolerandam pro Jesu Christi fide obtulis-
 se universos? nesciunt, me tunc fuisse ro-
 gatum, ut populo loquerer, & animos mi-
 tigarem, promisso in me recepto, non fore,
 ut nobis Basilica auferretur? hoc a me ob-
 sequium tanquam gratiam petierunt; &
 quamvis populum in officio continuerim,
 hujus concursus invidia me onerare volue-
 runt. Adhuc dum illud odium imputari
 mihi*

mibi cupiunt, quod ego a me amovendum, ^{Sæculum IV.}
 non vero timendum existimo. Et inferius: ^{A. C. 386.}
 quid autem Imperatori respondimus, quod ^{n. 30.}
 humilitatem Christianam lædat? si tribu- ^{n. 33.}
 tum petat, damus. Si agros nostros cupit,
 accipiat! nemo ex nobis resistit. Hos qui-
 dem sponte non dono, sed aufferri tolero.
 Populi Eleemosinæ alendis pauperibus plus-
 quam sufficientes sunt. Vitio nobis ver-
 titur, quod aurum in pauperes distribu-
 mus; hoc a nobis fieri non modo negare
 non possum, sed glorior; pauperum preces
 sunt præsidium meum; illi cæci, illi clau-
 di, illi senio debiles fortissimis bellatoribus
 robore præstant. Quæ sunt Cæsaris, Cæ- ^{n. 35.}
 sari reddimus, & quæ sunt Dei, Deo. Tri-
 butum Cæsaris est, Ecclesia Dei. Quis
 ferat dicentes, his responsis Imperatoris
 Majestatem offendi? non major ei obtin- ^{n. 36.}
 gere honor potest, quam si Ecclesiæ filius
 vocetur. Imperator in Ecclesia est, non
 supra Ecclesiam.

§. XLVI.

Hymnorum cantus.

Ad hæc quoque S. Ambrosius respondet,
 quod reprehenderetur, populum ^{n. 34.}
 hymnorum suorum cantu decipere; &
 fatetur, se Fideles suos eo instituisse, ut
 his modulis Trinitatis fidem profiteren-
 tur. Et sane inter ea media, quæ ad po-
 puli sui solatium in hac persecutione ad- ^{Paul. vit.}

D d d 4

hibuit, ^{n. 13.}